UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Index Baldi Pervsini. I. V. D. In prælectiones in totum Codicem Iustinianeum locupletißimus

... In Primvm Codicis Praelectiones / Annotarunt, Alexander Imol. Celsus, Barbatias, Philippus Decius. Matthævs Antonianvs Recensvi

Baldus

Lugduni, M.D.LXI.

Religiosis [et] sumptibus funerum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96035

Visual Library

de dolo. l. & eleganter. §. non ſolum. ſed actio ad exhibendum non concernit rei qualitatem. & ſic nõ obſt. ¶ Ulterius op. ad idem de. l. etiã. ff. de ſolu. Sol. ibi obligatio erat contracta reſpectu iuris qđ deficit tempore ſolutionis. & ideo non eſt ſecuta liberatio: ſed in actione ad exhibendum cõſideratur magis factum exhibitionis. per qđ datur ordo future litis q̃ conſiderentur reliqua que non conſiſtunt in ordinatione lit. & ſic non obſt. cetera. hic vide per Cy. & Dy. de leg. j. l. huiuſmodi. §. edes.

¶ Lex octaua.

SI res tuas. Ex pacto appoſito per alium in cõtractu cõmodati: vel depoſiti rei mee acquirit mihi directa. ſi ſum heres paciſcẽtis. alias dat mihi vtilis actio. h. d. & eſt lex. no. vide hic. l. publia. in princi. ff. de poſiti. ¶ † No. ex hac. l. quod ille qui habet actionem directam, non habet vtilem: nam actio directa & vtilis ſub ſuis nominibus non cõcurrũt in eadem perſona: vt. ff. ad trebel. l. ſi heres. la. j. vide hic. l. ſi cũ vẽderet. in prin. ff. de pig. act.

¶ Lex nona.

SI ex quocunq̃. ¶ Naturalit liberatꝰ põt condicere inſtrumẽtum debiti. h. d. eſt not. ¶ Nota hic agi exhibitorio & reſtitutorio iudicio ſimul.

¶ De religioſis & ſumptibus funerum, & alee luſu, & aleatoribus. Rubrica.

¶ Lex tertia.

LEgatum. ¶ Not. quod ſi legatarius ſepelit teſtatorem, vel expendat in eius infirmitate, recuperat vtrunq̃, ſcilicet expenſas, & legatum vnde non videtur expendere animo donandi. h. d. ¶ In ter. probaueris. Not. quod ille q̃ allegat ſe aliquid expendiſſe, debet probare.

¶ Lex quinta.

MIlitis voluntatem. ¶ Volũtas defuncti debet obſeruari nec poteſt omitti citra conſcientiam leſam. h. d. ¶ Et no. hic de conſcientia non ledenda &c.

¶ Lex ſexta.

MOnumentorum. ¶ Scripture que fiunt in lapide monumenti. non faciũt fidem. hoc dicit, ſecundum vnum intellectũ. ſed lex noſtra loquitur in caſu certi. Sed in caſu dubii forte ſtandũ eſſet iſtis ſcripturis non tanq̃ publicis: ſed tanq̃ inducentibus quoddam notorium: vt. ff. de condi. & demon. l. in teſtamento. la. j.

¶ Lex ſeptima.

STatuas ſepulchro. ¶ Not. q͂ in re ſua vnuſquiſq̃ poteſt edificare prout vult, dummodo non appareat quod ſit prohibitum per aliquam legem.

¶ Lex decimaquinta.

ALearũ vſus. ¶ Ibi. blaſphemare. No. quod veriſimile eſt q͂ ludẽtes blaſphement deum, & eſt vna de cauſis quare ludi tabularum prohibent. ¶ Ibi, inſtrumenta. No. de iſtrumentis que fiunt in ludo. & vide Ja. de are. ff. pro emp. l. ſi quis cum ſ[?]ret. ¶ Ibi. red datur. Not. contra illos qui dicũt quod debet dari pauperibus illud quod vincitur in ludo: imo debz reſtitui parti victe[a]. ¶ Ibi, epiſcopis locorum. No. quod ad epiſcopos ſpectat executio incertorum, & male acquiſitorum: ſiue non appareat is cui ablatũ eſt: ſiue appareat. & negligat. quod eſt not. ¶ Item no. quod non currit preſcriptio niſi quinquagenaria: tamẽ iſta auт. eſt ſpecialis in ſuo caſu Bal.

[a] Debet reſtitui parti victe. Ego puto hoc verum ſi vincẽs ſit peritus & gnarus ludi. victus vero inſcius ſm Jo. cal. in. c. clerici. extra de vita & ho. cle. maxime ſi ille ludus eſſet prohibitus, prout voluit Ang. limitando illud dictũ Cal. in apo. ad Ang. in aut. de eccle. ti. §. ſi quis aũt. colla. ix. Ceſſus.

¶ FINIS.

Index ternionum.

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t v x y z A B C D E F G H J K L M N O P Q. Omnes ſunt terniones.